

LECTORI:

Octavum jam prodit libellus pharmaceuticus in usum Nosocomii Regii Edinburgensis, varias quidem mutationes passus, quo aptius, et medicamentis ipsis et eorum titulis, ad Pharmacopoeiam Collegii Regii Medicorum Edinburgensis quadraret.

Pars prior materiam medicam, sive medicamenta simplicia, complectitur; posterior medicamenta praeparata et composita. Ex his vero quaecunque nomine tantum recensentur, ad normam in Pharmacopoeiae

Edinburgensis editione ultimâ praescriptam praeparari vel componi debent.

Quod ad medicamentorum titulos attinet, hi ordine alphabetico disponuntur; atque nomina nova, Collegio nuper probata, plerumque adhibentur. Antiquiora tamen quaedam adhuc retinentur, quae scilicet ob concinnitatem, aut ob diuturnum in nosocomio usum, magis commoda videbantur. His vero passim adjiciuntur nomina recentiora a Collegio indita; atque eadem etiam iterum, prout ordo postulat, inseruntur, indicatis ubique nominibus in nosocomio usitatis. Inde quidem paululum augetur libelli moles, at ab ambiguitate et errore in hisce rebus simul praecavetur.

Porro, de liquidorum ratione monendum est, quod, ubicunque de spirituosis, salinis vel metallicis, liquida, qualiacunque fuerint, nusquam nisi pondere; ubi tamen, de merè aquosis, uti in infusis et decoctis

*plerisque, agitur, haec mensurâ aestimari
saepe licet.*

Mensura vero in hunc modum dividitur.

Congius	}	habet	Libras octo.
Libra			Uncias sexdecim.

*Denique, in Tironum gratiam, ad cal-
cem annexitur Tabula Posologica; vel do-
ses ipsas medicamentorum praecipuorum
medias sistens, vel limites saltem denotans
intra quos, pro vario medici scopo, easdem
contineri convenit vel solet, quando adulto,
nec medicamentis istis adhuc assueto, praeci-
piuntur.*

Fundus invicem sunt sicut in aliis
etiam in aliis etiam in aliis.

Et in aliis aliis aliis aliis aliis.

1770
W. Kempf und Sohn
verlag von W. Kempf
und Sohn
in Stuttgart und Freiburg im Breisgau
1770